

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuicium q
cum fonte primo

Ipsē loquax nec dicax, ridiculus nec letus,
arrogans nec constans,
curiosus nec perspicax;

tempora praesentia colens, praeterita carpens,
futura fastidians; beneficii, si rogaturus est,
importunus petendi, derogator negati,
emulator accepti;

ac si rogandus,

dissimulator petiti, uenditor praestiti,

calumpniator morati, inficiator soluti,
odiosor ieiuniorum, sectator epularum;
laudabilem proferens non de bene uiuente,
sed de bene pascente sententiam.

Sydonius ibidem libro III. epistola XIII.

Est enim hic gurgēs de sutoribus fabularum,
de concinnatoribus criminum,
de sinistrarum opinionum duplicatoribus,
loquax ipse nec dicax ridiculusque nec laetus
arrogansque nec constans
curiosusque nec perspicax
atque indecenter adfectato lepore plus rusticus;
tempora praesentia colens, praeterita carpens,
futura fastidians; beneficii, si rogaturus est,
importunus petendi, derogator negati,
aemulator accepti,
callidus reformandi,
querulus flagitati, garrulus restituti;
at si rogandus,
simulator parati,
dissimulator petiti, uenditor praestiti,
publicator occulti,
calumpniator morati, inficiator soluti.
Osor ieiuniorum, sectator epularum;
laudabilem proferens non de bene uiuente
sed de bene pascente sententiam;
inter haec tamen ipse auarissimus quemque
non pascit tam panis bonus quam panis alienus,
hoc solum comedens domi, si quid e raptis
inter alaparum procellas praemisit obsoniis.

Sidonius Apollinaris, *Epistolae*, 3.13.2-3 (A.
Loyen ed., vol.2, pp.104-5).